



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 21. Epistola S. Athanasii ad Africanos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

ratum esse a Patre, & Filio, sicut ipsi a Sæculum IV.  
 Confratre suo Eustathio audivissent. Eu- A. C. 370.  
 stathius iste verosimiliter est Episcopus Se- Sup. §. 9.  
 bastenus, qui in reditu ab urbe Roma per  
 Illyricum transierat. Hortantur deinde  
 Illyrici Patres Asiae Episcopos, ut in ordi-  
 nationibus Ecclesiasticam Disciplinam ob-  
 servent, Episcopos eligant ex corpore  
 Presbyterorum, Presbyteros & Diaconos  
 ex corpore Clericorum, non vero ex Sena-  
 tu, vel militia ad id munericis viros assu- Theod. IV.  
 mant. Ultimo nomina sex Episcoporum c. 8.  
 Arianorum, quos deposuerant, apponunt.  
 Valentinianus Imperator huic Episcopo-  
 rum epistola Rescriptum addidit ad eos-  
 dem Asiae, & Phrygiæ Episcopos, quo ex-  
 hortatur, ut Decretum Concilii Illyrici  
 recipient, & auctoritate Imperatoris, id  
 est, fratri ejus Valentis, ad vexandos Dei  
 famulos non abutantur.

### §. XXI.

#### *Epistola S. Athanasii ad Africanos.*

Tom. I.

Concilium, quod S. Athanasius Alexan- p. 931.  
 driam convocaverat, etiam ad Epis-  
 copos Africæ, id est, Provinciae Cartha-  
 ginensis, scripsit, ut eos confirmaret con-  
 tra illorum suggestiones, qui Concilii Ari-  
 minensis auctoritatem supra Concilium  
 Nicænum extollebant, eo quod vox, con-  
 substantialis, obscurior esset, quam ut in-  
 telligi posset. S. Athanasius nomine to-  
 tius

Sæculum IV. tius Concilii scribens, demonstrat, Patro  
A. C. 370.

p. 934.

p. 941.

p. 940.

Tom. I. p.

582.

Concilii Ariminensis, quamdiu libere  
cuisset agere, nihil adjicere Concilio N  
cæno voluisse, imo Ursacium, Valentem  
Eudoxium, & Auxentium excommuni  
casse, atque hac ratione Arianis non fu  
uisse, sed magis adversatos fuisse. De  
inde auctoritatem Concilii Nicæni defen  
dit, quibus ex causis vocem: consubstan  
tialis, & quo in sensu adhibuerit. Tan  
dem paucis de Divinitate Spiritus S. tra  
ctat. Cœterum, quamvis hæc epistola  
ad Africanos nomine nonaginta Epis  
torum Ægypti, data sit, solius tam  
Athanasii opus est, atque Episcopi, qui  
rum nomine loquitur, non omnes era  
præsentes in Concilio, sed cum omnibus  
eadem esset sententia, alter alterius no  
mine subscribebant. Uberes profecti  
hujus epistolæ fructus fuere, quod Eccle  
sia Africana, sicut & Occidens universa  
in fide Trinitatis firma perstiterit.

### §. XXII.

#### *Epistola ad Epiætum.*

Ad ea tempora, id est, ultimos vitæ ejus  
annos celebris S. Athanasii epistola ad  
Epiætum referenda est, cum in illius  
initio de Conciliis Galliæ, Hispaniæ, &  
Romæ mentionem faciat, in quibus Aria  
ni, qui se se adhucdum occultabant, fu  
rant anathematizati, & Concilii Nicæni  
aucto-